



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XIX. Ad Rupertum à Stozingen Caes. Consil.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

O mihi pro te sit morem fas, opto pacisci:
Sic ait: et moreris sponte vocante Deo,
O amor! o pietas! o fratrum gratia rara!
Sic fratrem Pollux Castora frater amat.
Si pietas fecit geminos concordia fratres
Sidera: vos eadem sidera PAVLE facit.

XIX.

In Plutum.

Sis comis licet ipse mibi: tamen esse superbus
Quando vis alijs: non mibi, PLVTE, plau-

XIX.

Ad Rupertum à Stozin- gen Cæs. Consil.

Hercinijs dum fauce tenus demergor in vndis:
Saxaque quotidie sic laticosa premo:
Quid faciam, mediterq; rogas fortasse R V P E R.
Ac longos fallam qua ratione dies? (TE)
Aut ego cum socijs grato sermone loquelas
Misceo: que fallunt tempora longa mibi.
Aut tremulae spectans argentea flumina lymphæ
Abdita naturæ mente subinde noto:
Atque metallifera detritos rupe, lapillos
Colligo sollicita, contueorque, manu.
Deniq; si nihil est, quod agam: noua carmina pan-
Cum Musa rotos ludo, jocorque dies. (gen:
Cultori)

Cultores comitata suos sic Musa, R V P E R T E,
In solis solos non sinit esse locis.

XX.

In securim Principis.

E Græco.

Si rectè facies, argentea tota: bipennis,
Si prauè facies, ferrea semper ero.

XXI.

Ad Esaiam Meichsne- rum Medicum.

Sacra Ferinarum virtus est fontis aquarum:
Sola vel hæc ægris anchora sacra datur.
Cur dubitem sacras, M E I C H S N E R E, vo-
(care Ferinas
Thermas: ut dignas semper honore sacro?

XXII.

Ad Echo Nympham

In Aquis Ferinis.

Cultrix Herciniæ vetusta vallis
ECHO: pauca mibi profare: FARE.
An es Nais? AIS. an vda? NVD A.
An es Nymphula? LYMPHVL A. vnda?
(MVND A.
Fons quam dat sacer? ACER. at salubris
Aegris